



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
EX TIT. FF. ET
C. AD SC. VELLEIANVM.


QVAS TRINO ET VNO DIRIGENTE,
PRÆSIDIO CLARISSIMORVM ET CONSULTISS.
virorum, D. Ioannis Michaëlis Cronenburg, & D. Ioan-
nis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatoris & Fisci, in flo-
rentissimo inclitæ Agrippinensis apud Vbios Aca-
demia iuridicæ facultatis Collegio, pub-
licè defendet.

THEODORVS OTTERSTEDT
MONASTERIENS.

*Anno à partu virginis CIJ. IJ. LXXXXI.
XXXI. die Octobris.*



COLONIAE AGRIPPINAE Rr
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

THESES
EX LIBRIS
CAROLUS VELLIANUS
OVAR TRINO ET VNO DIRIGENT
FRANCOFONIA KILIMONY ET CON
VIRGILIO D. JONAS DE...
DE...
THEOPHILUS OTTERSTEDT
D. DONAT...
Anno a partu virginis M. DC. LXXXII
LXXXII. de Coloniis

EX LIBRIS
CORONAE AGRIPPINAE
EXCUBIT PETRVS KESCHIDT



CONTINUATIO.

Quemadmodum de contractibus seruorum & filiorum familiae dictum esse videamus, (a) Nunc quemadmodum mulieres, quae & ipsae more maiorum in manu patris, fratrum, viri sunt; (b) ex contractibus teneantur.

(a) Supra ad Maced. l. 1. & per tot. Odofr. ff. h. t. (b) VVesemb. in parat. ita continuat h. t. idem in parat. de curatorib. fur. & prod. tit. 10. Vlp. tit. 11. 20. 26. Cuiac. lib. obs. 7.

THESIS I.

Intercedere hoc titulo nihil aliud est, quam fidem suam pro alio interponere, spondere, obligari, omnemque omnino obligationem quam quis pro alio suscipit, continet.

Bart. in l. 2. §. omnis ff. h. t. l. 3. h. t. Cuiac. in parat. nu. 2. h. t.

II.

Mulieribus itaque intercedentibus hoc SC. paratur exceptio, (a) & in veterem debitorem instituitur actio. (b) Et ideo si statutum dicat, neminem contra instrumentum publicum audiendum esse, id in muliere quae Velleiano iuuatur, locum non habere statuo. (c)

(a) per rationem in l. 1. positam, h. t. l. foeminae ff. de reg. iur. & ibi Decius, nu. 12. l. 2. ff. h. t. (b) l. quamuis, §. quoties & §. si cum essem, ff. h. t. l. si mulier 16. C. cod. l. 1. h. t. (c) Bald. in l. in multis ff. de statu hominum, Tradit Antoni. de Canario in tract. instrum. quaest. 18. Decius in dict. l. foeminae nu. 12. ff. de reg. iur.

III.

Verba vero SC. quo plenissime foeminis omnibus subuentum est, haec sunt: Quod M. Sillanus & Velleius tutor Consules verba fecerunt de obligationibus foeminarum, quae pro alijs ree fierent, quid de ea re fieri oportet, de ea re vniuersi ita consuluerunt. Quod ad fideiussiones & mutui donationes pro alijs pro quibus intercesserint foeminae. &c. l. 2. ff. h. t.

IIII.

Ad euidenciam autem sciendum est, SC. tria habere remedia, (a) primum est remedium exclusorium, per quod mulieres intercedentes ab obligationibus eximuntur; Secundum Restitutorium, per quod muliere subducta de medio actio restituitur in verum debitorem; Tertium est institutorium, per quod actio de nouo instituitur in eum, qui debebat esse debitor, pro quo mulier obligationem suscepit. (b)

(a) Bart. in l. 1. C. h. t. (b) de primo loquuntur quasi omnes leges huius tituli, de duobus fit mentio in l. si paternam & in aliquibus alijs infra cod. tit. De tertio in l. si vxor 15. C. h. tit.

Quamuis

Quamuis autem SC hoc foemini subueniat, ne vero dolo earum amplissimus ordo opi-
tuletur, & fraus defraudanti prosit, deceptis tantum non decipientibus leges succurrere
affirmo. (a)

(a) l. si decipiendi 30. ff. h. t. & l. si sine voluntate 5. C. h. t. l. 2. & 3. C. si minor se maiorem
dixerit, vel maior: l. mulier, ff. de dist. pign. l. 1. ad Vellei. Cod. l. 2. ff. h. t. §. verba itaque, arg.
l. hi qui C. de apost. & si aduersus deli. l. 1. & 11. C.

VI.

Iuuatur itaque in primis mulier hoc SC si pro alio intercedat, (a) suo enim nomine co-
trahens efficaciter obligatur, (b) & sic aliam obligationem suscipit, siue principaliter pro
alio, siue accessorie ad obligationem alterius, (c) vel eam mandando, fideiubendo, consti-
tuendo, vel eam in se transferendo, promittendo, nouandi animo quod alius debet, vel su-
scipiendo animo nouandi iudicium. (d)

(a) l. 1. C. h. t. l. 5. Nec interest, ff. h. t. l. 13. aliquando ff. h. t. (b) V Vef. in parat. in princip.
h. t. (c) l. 4. C. eod. Alexand. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. Ang. in tit. de exceptio. (d) l. 1.
& 4. C. h. t. & de nouationib. l. delegare §. sit autem, & ff. eod. l. 2. §. omnis, l. 6. si fideiussor-
es, ff. eodem. Azo in sua summa. Gloss. in l. 1. ff. h. t. l. si vxor 15 C. h. t. l. 30. ff. h. t.

VII.

Et habet locum in quocuuque contractu siue consensu, siue re, siue verbis celebratus, &
pro quacunque persona, siue pro marito, pro filio, pro patre, vel pro quocunque alio defen-
sor extiterit. (a)

(a) l. 2. §. omnis ff. h. t. l. 3. si cum C. eod. V Vef. in parat. Odoff. in l. 2. ff. h. t. Bart. eod. lo-
co, l. si vxor 15, Cod. h. t.

VIII.

Etiam si intercedat pro alio qui obligari non possit, vt si pro seruo alieno intercedat. (a)

(a) l. finali in fine ff. h. t. l. 22. In personam ff. de reg. iur. & ibi Decius, l. seruū de actio.
& oblig. l. nec seruus ff. de peculio.

IX.

Quapropter idem est, si intercedat pro obligato ciuilitur & naturaliter, siue ciuilitur
tantum siue naturaliter tantum, vt in pupillo. (a)

(a) l. 1. & 2. ff. de fideiuss. & mand. & ibid. Bart. Odoff. in dictis leg. Ang. in tractatu de
exceptio. l. 1. ff. de Nouatio. & deleg. & ibid. Bart.

X.

Et obseruandum quod dictum est mulierem pro alio intercedere, intercedendi enim
modi sunt plures. (a) Mulier autem dicitur intercedere duobus modis; primo alienam ob-
ligationem in se transferendo; Secundo de aliena obligatione participando, his duobus vo-
cabulis vtitur imperator. (b)

Gloss.



(a) Gloss. in l. i. C. ad Velleia. Gloss. in l. in personam §. 2. ff. de pac. & in l. Stichum aut Pamphilum §. aliquando, ff. de solutionibus, facit textus in l. qui libertinus §. final. ff. de ope. libe. & l. i. §. sed aut proprio nomine, ff. de actio. & oblig. (b) in l. 4. C. h. t.

XI.

Et predicta procedunt, quando creditor non ignorauit ipsam esse feminam qua intercedebat, secus si ignorauit, ut puta quia erat uelita uel te virili, (a) vel ignorabat mulierem intercessisse, (b) & per consequens siue ambo sciant videlicet creditor & mulier, siue creditor tantum, siue ambo ignorant, semper iuuabitur SC. mulier. (c)

(a) ff. ad Velleia, l. si decipiendi, 30. (b) ff. eod. l. si fideiussores in fine, (c) ut est tex. cum gloss. in l. i. C. h. t.

XII.

Quamuis non nulli si uterque sciat dicant Velleianum locum non habere, ratione pro se introducta, quia voluit decipere, quod falsum est, neque enim videtur creditor deceptus qui sciuit, neque certiorari debuit qui non ignorauit. (a)

(a) ff. de actionibus empt. l. i. §. vlt. ff. h. t. l. i. mo. Azo in sua summa, ff. h. t. nu. 2.

XIII.

Nec his tantum sed & harum fideiussoribus, (a) mandatoribus, procuratoribus, non modo quod regressum, si exigantur aduersus mulierem non habeant, sed quia totam obligationem senatus improbat. (b)

(a) l. si fideiussores 7 ff. h. t. cum l. sequenti, l. quamuis §. interdum, ff. h. tit. l. final. §. si mulier ne ipsa ff. h. t. l. mulierem C. cod. & hoc si a muliere rogatus fuisset. V. Ves. in para. nu. 4. (b) l. si mulier, §. fin. ff. cod.

XIV.

Sed nunc videndum in quibus hoc SC. cesset, in nouem casibus à Glo. enumeratis, (a) qui per ordinem examinandi erunt.

(a) Gloss. in l. i. ff. h. t. eod. Glo. in l. vlt. Cod. h. t. Costal. in l. i. ff. h. t. Ang. tractatu de excep. adde casum decimum secundum Saly. in l. vlt. C. h. t. qui in minore loquitur, per text. in l. si apud minorem, ff. de minorib.

XV.

Cessat hoc SC. cum mulier renunciauit auxilio senatuscon. (a) Et valet renunciatio, cum mulier sciebat se tutam puta certiorata à contrahente vel aliunde cognouit, (b) ceterum si nesciuit & Senat. renunciauit, vel omni legali auxilio, nihilominus erit tuta; (c) quia generalis renunciatio ad hoc quod ipsa nesciuit, vel non cogitauit, non contrahitur. (d)

(a) l. final. §. final. ff. h. tit. & C. quando mu. tut. off. fung. quilibet enim potest fauori, pro se introducto renunciare, l. penul. C. de pacti. Bart. in l. vlti. C. h. t. Alb. in l. fin. §. final. ff. h. t. Gaill. obs. 77. nu. 3. (b) Ang. in tracta. excep. Azo in sua summa. (c) l. sciendum, ff. de verb. oblig. & ibid. Dyn. cum Bart. (d) ff. de transact. Azo in sua summa.

XVI.

Vnde questio difficilis oritur, & à doctoribus variè agitata; cum in renunciatione certioratio

rioratio requiratur, an iuramentum simplex absque renuntiatione Velleiani sit sufficiens ad hoc, ut huic beneficio renunciatum esse videatur? & sufficere & vim habere certiorationis concludo. (a)

(a) Bart. in authent. sacramenta puberum C. si aduersus vend. & ibi Ang. & Paul. Castrenf. Abb. Imol. Fel. idem Fel. in cap. si diligenti, de foro competenti, Alex. & Iason in l. in repudianda, ff. de acq. hered. idem Alex. in l. sciendum, nu. 30. ff. de verb. oblig. communiter Dd. in l. si duo patroni §. Iulianus ff. de iureiur. Gaill obser. 77. nu. 10. Didac. Couarruias in Relect. suis, parte 2. conclus. 7. §. 3.

XVII.

Huius occasione quero, si mulier certa sit, an extra iudicium expressè huic senatusconsulto possit renunciare; & non posse affirmo (a)

(a) quia eadem facilitate qua inducitur ad fideiubendum, eadem & ad renunciandum l. doli §. diuersum ff. de nouat. notant doctores in l. vltima, C. ad Velleian. Imol. in cap. ex rescripto, de iureiurando. Quamuis de consuetudine aliud receptum sit ut testantur Imola & Felinus in dicto cap. ex rescripto col. 4. & doctores in l. vlt. C. h. t. Dida. Couarr. in Relect. suis parte 2. conclus. 7. §. 3. posit. 1.

XVIII.

Vnde si mulier renunciat Velleiano nec instrumento dicitur, certiorata per me Notarium, de beneficio & viribus Velleiani ut semper fieri debet, (a) an simpliciter renunciando praesumatur certiorata, & non certiorata defendo. (b)

(a) l. cum Aquiliana ff. de transact. (b) glos. in l. final. §. penul. h. t. & ibid. Dyn. idem tenet in l. sciendum ff. de verb. oblig. ibid. Bart. & communiter Dd. quia quod fuerit certiorata, est solennitas extrinseca quae non praesumitur, l. quaecunque in fine ff. de public.

XIX.

Cessat deinde hoc SC. videlicet quando mulier maior siue pollicitatione, siue pacto nuptiali, siue stipulatione, siue obliget se siue res suas, vel promittat pro aliqua alia muliere maritanda dotem siue illa maritanda sit filia, (a) siue sit extranea. (b)

(a) l. generaliter vlt. C. h. t. l. si dotare 12. C. h. t. & ibidem Glos. idem Gloss. in l. 1. ff. cod. Bart. & Dd. locis allegatis, Ang. in tractatu de exceptio. (b) l. final. VVes. in parat. Azo in summa aurea.

XX.

Duplex à Dd. huius Ratio datur, prior, fauore dotis cum sit causa pia; (a) Secunda, ne si promittens dotem iuuaretur Velleiano mulier illa maritata maneret sine dote & forte à viro qui onera matrimonij sustinere debet repelleretur. (b)

(a) l. cum is, §. mulier ff. de condict. indeb. Bart. in l. alio circa principium ff. de ali. leg. auth. res quae C. communia de leg. Bart. in l. Diui ff. ad l. Falci Bald. in l. 1. C. de sac. san. ecclef. Bald. in l. sicut C. de actio. & obli. idem in l. mandatum Bart. in l. cum is §. mulier, Castrenf. & Dd. (b) l. final. C. cod.

XXI.

Ex quo argui poterit ex identitate nempe rationis, quod si mulier quicquam promittat

ex

ex aliqua causa pia, puta alimentorum pro alio, vel in aliam piam causam quod non iuuabitur Velleiano; & sic fiet extentio in fauorabilibus & pijs causis.

l. illud cum gloss. C. de sacrosan. eccles. & intelligenda erunt hæc secundum Bal. in d. l. si dotare, si interuenit publica scriptura, alias vt in l. antiquæ §. final. C. cod.

XXII.

Præterea SC. cessat, vbi precium accepit, vel aliquid loco precij pro intercessione, vel vbi confessa est in instrumento publicè confecto, & à tribus testibus consignato se quamcunque rem pro intercessione accepisse. (a)

(a) per l. antiquæ C. h. t. Azo in sua summa & ibid. Dd. & ita vult ibid. Cyn. & Salyc. quod intelligendum etiam si esset scriptura manu propria mulieris confecta.

XXIII.

Sed à doctoribus hic controuertitur an modicum accepisse loco precij sufficiat, aliqui huius legis vigore respondent modicum sufficere, (a) quod non placet, alij volunt non prius sufficere quam æqualem quantitatem receperit; (b) neque hoc placet, proinde cum Baldo dicimus totum hoc repositum esse in discretione iudicis. (c)

(a) l. antiquæ C. cod. (b) in qua sententia fuit Cy. (c) Bald. in l. si quis ita, §. Scia in fine de verb. oblig. Angel. in tract. excep.

XXIV.

Sed & cessat ex post facto vbi fœmina perfecta ætatis intercessit, vel pignus vel fideiussorem pro alio dedit, & post biennium à prima cautione numerandum iterum se obligauit, vel iterum pignus vel fideiussorem dedit. (a)

(a) l. si mulier C. cod. sibi enim debet imputare si vltro firmavit quod sæpius poterat cogitare & cuitare. Azo in sua summa.

XXV.

Querit hic Saly. an secunda intercessio post biennium facta trahatur ad tempus primæ intercessionis, quamuis nonnulli arbitrentur sic fieri (a) tamen cum Baldo contrarium statuendum puto. (b)

(a) per l. final. C. ad Maced. & per l. si mulier (b) Baldus in authen. si qua mulier in fine, quia prima obligatio non tenet, sed ex continuatione cum secunda facta, Angel. in tract. exceptio.

COROL.

COROLLARIA.

I.

Mulier soluens quocunque errore, solutum repetit.

l. 40 qui exceptionem, ff. de conditione indebiti, Bart. in d. l. & ibid. Costal. Ang. in tractatu excepti. Bart. & Saly. in l. cum quis C. de iuris & facti ignor. nu. 28.

II.

Dos non potest solui mulieri constante matrimonio.

Bart. in l. 17. vir vxori ff. h. t. quia non potest solui nisi ex causa, l. mutus §. manente de iure dotium, l. quamuis, de soluto matrimo. l. final. de iure doti. glos. in l. 2. circa finem de soluto matri.

III.

Mulier aliquando renunciare potest iuri hypotheca.

Bartol. in l. 21. iubemus, Cod. eodem. Baldus in l. si actione. Cod. de pactis. Ang. in tracta. excepti.



153255

AB: 153255

(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





THESES
PET. FF. ET
C. VELLEIANVM.

NO ET VNO DIRIGENTE,
CHARISSIMORVM ET CONSVLTISS.
Iohannis Michaëlis Cronenburg, & D. Ioan-
. LL. Licent. Dictatoris & Fisci, in flo-
litiæ Agrippinensis apud Vbios Aca-
demicæ facultatis Collegio, pub-
licè defendet.

PET. OTTERSTEDT
MONASTERIENS.

*virtu virginis CIQ. IO. LXXXI.
LXXXI. die Octobris.*



COLONIAE AGRIPPINAE Rr
REBAT PETRVS KESCHIDT.

